

contra predicta vel aliquod predictorum fuerit ventum et venire presumptum, et pena soluta vel non, nichilominus omnia et singula supradicta in sua permaneant firmitate. Quibus omnibus et singulis inviolabiliter observandis et adimplendis obligavit dicta domina eidem thesaurario recipienti pro dicta domo Allamanorum, ut dictum est, omnia bona sua et specialiter casale Acref cum omnibus gatinis, iuribus et pertinenciis suis, quod est sine aliquo servicio vel factione, ut prefata domina firmiter asserbat, et quoddam privilegium ipsius casalis bullatum bulla plumbea regia concedens ipsi thesaurario et dicte domui Allamanorum plenam licenciam et baliam et potestatem predicta bona sua capiendi et retinendi sine auctoritate iudicis vel decreto et hiis bonis utti et frui et aliis vendere et pignorarere et in solatium sibi retinere, donec ipsi thesaurario vel domui Allamanorum fuerit integraliter satisfactum de omnibus et singulis supradictis, supponendo se et heredes suos et bona sua in omnibus et singulis supradictis iurisdictioni ecclesie, renunciando omnibus exceptionibus et deffensionibus seu adiumentis et secularibus assisiis presentibus et futuris sibi patrocinantibus in predictis vel aliquo predictorum et maxime contradictioni sine causa vel iusta causa et quod non fuerit dicta pecunia conversa in utilitatem suam et heredum suorum et familie sue et omnibus aliis beneficiis habitis pro expressis, ac si specialiter essent specificata et numerata. Denuo prelati domina omnia et singula supradicta sacrosanctis evangelis corporaliter tactis iuravit se habere rata et firma inviolabiliter adimplere et contra non venire per se vel alium aliquo ingenio vel arte. Actum Accon in domo Allamanorum anno domini M^oCC^o Lxxiii^o, indictione secunda, die secunda mensis Augusti, presentibus Petro de Cipro, Georgio scriba thesauri dicte domus, Petro, Simeone de Castro regis, Brahim scriba dicte domine, Petro de Marono testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis, et ad maiorem cautelam premisorum supradicta domina huic presenti instrumento suum sigillum apposuit.

(*Notariatszeichen.*) Ego Johannes clericus Acconensis assisius ecclesie sancte Crucis Accon sacrosancte Romane ecclesie auctoritate notarius publicus predictis interfui rogatusque scripsi et in hanc publicam formam redegei.

Venedig, Archivio di Stato. Atti dipl. misc. B. XIV, n. 439.

9.

1280. April 23. Vertrag über die Bedingungen, unter denen der Deutsche Orden der Agnes von Scandelion und ihrem Sohne Jocelin in dringender Geldverlegenheit eine Anleihe durch Uebernahme der Zubehör vermittelt und dafür durch Jocelin dem Casale Acref mit Bürgschaft verpfändet erhalten hat.

In nomine dei. Amen. Per presens publicum instrumentum pateat universis, quod cum olim nobilis domina Agnes, domina Scandaleonis, uxor quondam nobilis